

Decembris, presbyteros xiv, diaconos duos, episcopos per diversa loca quadraginta sex [B., 55 43]. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die vi Kalendas Julias, et cessavit

VARIANTES

Rom. navigata fuerant secum abstollentes. A. Lin. 35. Pontem Meruli. Lin. 43. Qualis nulla ætas hominum, ut etiam h. et peculia de fulgore i. Lin. 48. In tantum ut ex ipsa pluvia denuo l. r. e. a. m. d. pro quo capit etiam homines mirarentur.

Penit, ex Cod. Cavensi.—Lin. 23. In pop. fec. Lin. 25.

A episcopatus menses quatuor, dies quindecim [B., sex].

A tempore ordinationis sancti Gregorii papæ usque huc, sunt anni nonaginta quinque, menses quinque, dies quatuordecim.

LECTIONES.

Fec. vel es de ibidem a c. r. navigatum f. s. abstollentes. Lin. 36. Monasterium s. iller sito. Lin. 45. Peculia. Lin. 47. Propit. ut potuissent. Lin. 48. In tantum ut ex ipsis pluviosis. Lin. 51. Devenerunt pro quo capitulo etiam hom. mirarentur.

PISTOLA ADEODATI PAPÆ

AD UNIVERSOS GALLIÆ EPISCOPOS,

Qua immunitatem ab episcopali potestate concedit monasterio sancti Martini Turonensis, exceptis ordinatione sacerdotum et confectione chrismatis (Ann. 67t).*

(Ex Breqvigny, Diplomata, Chartæ, Leges.)

Dilectissimis fratribus universis episcopis in Gallicâ partibus commorantibus, Adeodatus. Aequitatis nos admonet norma, quam apprime custodire præcipimus, ut canonica sanctorum patrum consulta, præsentium a beatissimis apostolicæ sedis præsulibus, prædecessoribus scilicet nostris, qui authoritatem, successione ac vice sacratissimi apostolorum principis Petri, per diligentem solertiam nacti sunt, quemadmodum statuta reperimus, intemerata atque inlibata custodia conservemus; sed et quæque fratribus nostris ecclesiæ episcopis, pedissequa diutinaxat imitatione consultum ac salubriter fuerit ordinatum, ut pote functi apostolicæ principia, licet impares ministerio, firmando simili ratione decernimus. Qua ex re dom. Ægiricus, religiosus presbyter et abbas monasterii sancti Martini, in quo et venerabile corpus ejus est situm, visendas ex desiderio veniens apostolicas confessiones et alia, nostris se representaret obtulibus, commendationemque fratris nostri Croterti, Turonicae Ecclesiæ præsulis, obtulisset, supplici voce præcatus est ut privilegium apostolica autoritate subnixum, ob munitionem vene-

* Sæpiissime typis mandata, cuius præcipuas tantum Editiones memorabimus. Vulgaverunt Papiri Massouius, de Roman. Pontif., fol. 118, v, ex tabulario sancti Martini Turonensis; auctores Galliæ Christianæ, prior Edit., t. I, pag. 741, ex regesto panchartarum nigrae sancti Martini, Launois, in Disquisitione de juribus hujus ecclesie, pag. 3 et 5, cum variis lectionibus; Cointius, in Annalibus, t. III, pag. 708; Mansi, Collectio conciliariorum maxima, t. XI, col. 103. Exstat etiam in collectionibus conciliariorum Birmondi, t. I, pag. 507; Labbei, t. VI, pag. 523; Harduini, t. III, col. 1007, etc. Recudimus ad fidem apographi in judicium prolati anno 1708, et editi ad calcem defensionis jurium ecclesiæ sancti Martini, inter prob. pag. 1, ab archiepiscopo Turonensi impugnatorum. Dicitur exscripta ex Exemplari quod seculo quidem ix exaratum fuit, sed quo non existebat antiquius; autographum enim iam perierat. Controversia de imunitate monasterii sancti Martini ab episcopali jurisdictione æpe et diu agitata fuerat. Adeodati pistola qua potissimum nititur, opusculo generali Launois in Assertione inquisitionis sive

B rabilis monasterii, quod beatæ recordationis confessor Christi Martinus et præsus Turonensis Ecclesiæ in Gallicanis partibus ad conversorum salutem sui sacratissimi corporis consecratione decoravit, cui nunc præse se perhibens scriptis ostenderat, ei concedere deberemus; parumper autem ambigimus, idcirco quod mos atque traditio sanctæ nostræ Ecclesiæ plus non suppetat a regimine episcopalis providentia religiosa loca secernere: verum ubi et prædicti fratris nostri Croterti, Turonensis Ecclesiæ præsulis, monachicam libertatem, hoc est, liberam dispensandi licentiam, scripto concessam, religiositate ejus exemplaria proferente comperimus, in cuius volumine et aliorum per Gallicanam videlicet provinciam constitutorum antistitum ad id consenserunt præbentium, subscriptiones subter annexas inspeximus, nullatenus jam exortem rationis, ac canonicæ regulæ tantorum episcoporum consonantiam sententiam fore perpendimus. Propterea et nos erga quod idem fratres nostri reverentissimi præsules conferre providerunt, simili censura ex autoritate profecto apostolorum principis, cui claves ligandi

C sum præbentium, subscriptiones subter annexas inspeximus, nullatenus jam exortem rationis, ac canonicæ regulæ tantorum episcoporum consonantiam sententiam fore perpendimus. Propterea et nos erga quod idem fratres nostri reverentissimi præsules conferre providerunt, simili censura ex autoritate profecto apostolorum principis, cui claves ligandi do privilegio sancti Medardi Suessionensis, part. III, cap. 20; Monsnerius vero, in libro de Juribus ecclesiæ sancti Martini propugnat, cap. 1, epistolam Adeodati tueri conatus est. Illam Launois iterum oppugnavit, in Examine privilegiorum sancti Martini, pag. 7 et seq. Hujus objecta nisus est refellere ecclesie sancti Martini in judicio defensor, anno 1709. Launois objections Cointius, Ann. t. III, pag. 709 et seq. longo ordine recenset, et cum Monsnerii responsionibus confert, ac, re omni diligenter perpensa, arbitratur nihil in epistola Adeodati occurrere quod formulæ privilegii a Marculfo exhibite, lib. 1, form. 1, refragari videatur; ita ut illa nec supposititia videatur, nec subrepititia. His immorari diutius non sinunt notis nostris præscripti fines. Fas sit tantummodo dixisse bullam de qua agitur solemnî judicio curiae Parisiensis, dici 13 Aprili; anni 1709, pro legitima fuisse habitam. Characteres chthonologici nulli. Cum autem sedem pontificalem occupaverit Adeodatus ab anno 672 ad annum 673, pistolam ab ipso emissam fuisse conjecere licet, cum Cointio, anno 671.

atque solvendi conditor ac redemptor omnium trahuit, identidem firmare concessimus, ut apostolica sunti autoritate, per privilegii seriem, nullas gravelines a quolibet episcoporum, sub praetextu discussionis, religiosus abbas vel monachi ibidem degentes sustineant; neque rursus hospitandi sibi apud eos licentiam vendicantes, dispendia his atque insolentias angariarum imponant; neque per occasionem regularis disciplinae rimandae atque servandae, quilibet eis importent injurias; sed liberam licentiam habere statuimus, salva prefecto monachicarum regularum custodia religiosum abbatem, quicunque pro tempore praeerit praefato venerabili monasterio, id procurante, ut erga quod prisca traditionis ejus articulus continet, et ipse conservare nitatur, et qui-
qui sub ejus reguntur dispensatione, solerter custodiare commoneat, districteque compellat. Reverendissimus vero episcopus, in cuius parochiam memoratum venerabile monasterium vel res ejus ac possesiones constiterint, facienda tantum ordinatio-
nis ac promotionis sacerdotum atque levitarum, vel conficiendi chrismatis sit tantum concessa licen-

tia; dispositionem autem venerabilis loci gerere, ac conversationem monachicam exquirere, religioso abbatijusque praeposito, vel qui qui probatissimi laicis monasterio fuerint, quod etiam praefati praesules consona sententia definierunt, decernimus. Quisquis igitur quolibet tempore, quod nullatenus credimus, hujus decretum privilegii, quod authoritate apostolica subnixi, consentiendo firmavimus, in totum vel in partem temerare temptaverit, summae presumptionis audaciam digna emendatioe minus correxerit, in perpetuum percellendum, vel anathematisandum se neverit, non solum tantorum sententia sacerdotum, sed etiam aequissimo apostolice condemnationis aculeo, quoniam violare pertinaciter nisus est quod salubriter conservare debuerat. Et ita quoque hujus privilegii sanctio firma ac rata indiminate persistat atque permaneat; erga quod et praeceilentissimi totius Galliae reges, ut scripto comperimus, ad reprimendas laicorum infestaciones edictio præmunire idem venerabile monasterium regali pietate dignati sunt.

Bene valete dilectissimi fratres.

* PRIVILEGIUM AB ADEODATO PAPA

CANTUARIENSIBUS MONACHIS COENOBII SANCTORUM PETRI ET PAULI CONCESSUM (AN. 673).

(Ex Wilkins, Conciliorum Collectio.)

Adeodatus episcopus, servus servorum Dei, Adriano abbati monasterii sancti Petri apostoli.

Evangelicis atque apostolicis sanctionibus luce-
clarius edocemur, nec servorum solertiam in adminis-
tratione talentorum, nec dominicæ vineæ opera-
rios pondere diei et aestus affectos a remuneracione
boni operis esse fraudatos. Scriptum namque est:
Voca, ait, operarios et reddite illis mercedem; et:
Dignus est operarius proprio laboris commodo per-
petui. Quapropter oportet etiam nos, licet imme-
ritos, pastoralem tamen curam administrantes, eis
qui lucrando Deo animas solerter invigilant, provi-
dentiam aliquam ad temporalem eorum sustentatio-
nem utcumque peragere, ne eorum sagacitas erga
lucrandarum animarum quaestum necessitate scilicet
temporalis præpedita, ad opus implendum segnis effi-
ciatur. Quam ob ea cum annuentes tuæ petitioni,
quemadmodum nos sua parte poposcit, a præsenti
concedimus tibi Adriano, ut pote abbati ab hac apo-
stolica sede ordinato atque destinato, una cum tua
propria congregatione, que nunc vel futura est,
monasterium videlicet sancti Petri constitutum extra
civitatem cognomento Doroverno, cum omnibus
additibus ad eum pertinentibus, vel quicquid ei jure
verbi competere videtur. Et si qua exinde ab ali-

quo injuste ablata sunt, restituiri absque recrastina-
tione censemus, quatenus dum nibil eorum que ad
sustentationem corpoream sunt profutura, defuerit,
licenter ad lucrandas (ut dictum est) Deo animas
pervigil possit esse sollicitudo. Cujus ad cumulum
firmitatis prævidimus præfatum monasterium apo-
stolicis prærogativis nunc et in perpetuum præmu-
nire, insolentiasque tam sacerdotum quam laicorum
pariter ab eo inhibere, præcipientes ex auctoritate
videlicet apostolicæ sedis, cui superna largiente
gratia præesse dignoscimur, omnes omnia tam Ec-
clesia præsules, quamque sublimium secularium
dignitates, vel inferioris ordinis administrationem
gerentes, se a præfati monasterii inquietudinibus
atque gravaminibus suspendi, nec per quamlibet oc-
casionem tibi tuæque congregatio in eo degredi,
vel qui pro tempore suo successerit in loco, quoque
modo dispendia vel inquietudinum molestias irregu-
larre. Sed et hoc nihilominus sancientes, ut post tuum
obitum futurus abbas, non alius, vel aliunde ad es-
sum regimen animarum, nisi quem ipsa sibi prorsus
Deo servientium congregatio de proprio videlicet
monasterio communis assensu regulariter prælegerit,
subrogetur. Si quis interea (quod non credimus)
temerario ausu contra hæc sanctæ et apostolicæ sedis

* De hoc privilegio ita Sprotius in Chronicō suo.
† Adrianus postquam regnum monasterii apostolo-
rum Petri et Pauli est adeptus, impetravit privile-
gium ab Adeodato papæ super libertate hujus monas-
terii et super electione abbatis. Hoc privilegium
non habemus sub plumbo, sed transcriptum in textu

Adriani, et in pluribus aliis locis. » Ubi obiter no-
tandum textum Adriani non fuisse Martyrologium
librum quem Adrianus abbas monasterio illi reliqua-
rat (uti putavit Clemens Heynerus Apostolat. Bene-
dict. pag. 52), sed Codicem in quo antiqua cenobi
illius privilegia descripta cernebantur. Huc Usserius,